

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**L. Annaei Senecae Tragoediae**

**Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>**

**Amstelodami, 1662**

Actus primus

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-770](#)

L. ANNÆI SENECAE  
 \*AGAMEMNON.  
 DRAMATIS PERSONÆ.

†THYESTES. CLYTÆMNESTRA. NUTRIX. ÆGISTHUS.  
 CHORUS ARGIVARUM, sive MYCENÆARUM. ORESTES, Muta Persona. AGAMEMNON. CASSANDRA.  
 EURYBATES. ELECTRA. STROPHIUS. CHORUS ILIADUM. PYLADES, Muta Persona.

## ARGUMENTUM.

Teysius umbra ulciscendi injuriarum (de quibus vide Thyestis argumentum) cupida, filium Ægithum in eadem Agamemnonis incitat. Ille itaque Agamemnonem vietorem a Troia reducem in convivis impervia irretitum veste occidit, consiliis cædisque partice Clytæmnestra, quam absente marito Agamemnone coruperat. Cassandra deinde Agamemnoni amatam ab aris avulsa occidit. Electram, quod fratrem Orestes amandarat, carceri impancipari jubent.

## ACTUS PRIMUS.

## THYESTIS UMBRA.

Thyestis umbra ab inferis adveniens Ægithum ad vindictam sibi ab oraculo promissam invitat.

 opaca linquens Ditis inferni loca,  
 Adsum profundo Tartari emissus specu,  
 Incertus utras oderim sedes magis.

## Fugio

\*AGAMEMNON.] Scena Argis, vel Mycenis; utrubi nihil referit, ut in Thyeste notavimus. Duo chori Argivarum & Troadum, quod minus ab aliis animadversum. *Scal.* Agamemnones tragedias scripserunt Ion & Alchylus, è quo tamen pauca nostra sunt mutuata. Nonius citat L. Pomponii, Agamemnonem suppositum, sed illa vel comedìa vel sine hilaro-tragedia fuit. à Latinis Grammaticis nonnullæ tragediæ nominantur, quibus venit aliquando mihi in memorem suspicari, hujus fabule materiam fuisse tractatam: ex hoc numero sunt Attii Ægithus, Agamemonides, Clytaemnestra, Livii Andronici Ægithus, Navii Ægithus, & similes. *Deltrius*. Oeconomici. Tragediæ ex parte ab Alchylis cognomine. Locum enim quem tamopere ibi veteres commen-

dant, de Cassandra furore, expressit. Ibi Agamemnon in scena maëstatur. Hic res partim à Cassandra, partim ab Electra exponitur, fine alia *ðnuzfæliz* aut persona Nuncii. Electram quam ignorat ille, è Sophocleis instruxit. Unde illi mores dedit. Est autem fugis bona hæc Tragedia. Quod vel imitatio evincit. Multa enim ex Virgilio non male transtulit, quædam quoque ex aliis. Narratio Nuncii, multa acute, pauca ambitiose, nec pauca eleganter. *Heinsius*.

† THYESTES.] Flor. THYESTIS VMBRA. Gronovius.

Vers. 1. *Opaca*] Inferna, umbrosa, quibus interposita terra, qua Ops, lucem intercludit. *Farnab.* *Ditis*] Δῖος sed inferni, Plutonis. *Idem*.

2. *Tartari*] Hippolyt. 841. *Idem*.

3. *Vræs*] Iuferasne, an superas. *Id.*

4. *Fu-*

Fugio Thystes inferos, superos fugo.  
Enhorret animus, & pavor membra excutit:  
Video paternos, imo fraternalos lares.  
Hoc est vetustum Pelopis linum domus.  
Hinc auspicari regium capitii decus  
Mos est Pelasgis. hoc sedent alti toro,  
Quibus superba sceptræ gestantur manu.  
Locus heic habenda curia: heic epulis locus.  
Libet reverti. nonne vel tristes lacus  
Incolere satius? nonne custodem Stygis  
Tergmina nigris colla jactantem jubis?  
Ubi ille celeri corpus evinctus rotæ  
In se refertur; ubi per adversum irritus  
Redeunte toties luditur saxe labor;  
Ubitondet ales avida fœcundum jecur;  
Et inter undas servida exustus siti  
Aquas fugaces ore decepto appetit,  
Pœnas daturus cœlitum dapibus graves.  
Sed ille nostræ pars quota est culpæ senex?  
Reputemus omnes, quos ob infandas manus

Quæ-

4. *Fugio*] Inferos horreo, superis  
ipse horribilis. *Farnabius.*

5. *Eu horret animus,*] Fl. *Inhorret  
animus.* *Gronovius.*

6. *Paternos,*] Pelopis patris mei vi-  
ctoris (de qua Thyst. 143.) imo fra-  
tris Atreï sceleris (de quo in Thyst. 4.  
& 5. act.) clatos. *Farnabius.*

8. *Hinc*] Thyst. 655. *Troad.* 861.  
In his artis coronati solent reges. *Id.*

12. *Libet*] Domo festa seu cenatione vita, succurrat illi de filiis, quos  
ibi epulatus fuerat. *Idem. Tristis.* A-  
cheronta ex ἄλλος & πάντα, quod lu-  
stuosis fluat undis. *vel ab α, & ποι-*  
*γειν* quasi illatibilis unda: Styga au-  
tem à συργεω. id est, odi, tristisque pa-  
lus innabilis unda Styx. & Cocytum  
ἄλλος & πάντα, lamentando. *Idem.*  
Potius Acheron ex Hebreo arque ex-  
tremum locum denotat.

13. *Custodem*] Cerberum. *Troad.* 403.  
*Herc.* Fur. 239. *Farnabius.*

15. *Vbē*] *Sifypus.* *Hippol.* 1228. *Id.*  
*Ille celeri*] *Volvitur Ixion,* & se-  
quiturque fugitique. *Idem. Corpus evin-*  
*citus rotæ*] Fl. *rotæ.* ut Gruteri unus,  
*Gronovius.*

18. *Fœcundum*] *Tityi.* *Hippol.* 1228.  
*Farnabius.*

19. *Exustus*] *Tantalus.* *Thyst.* 152.  
*Idem.*

21. *Pœnas*] Ob Pelopen filium  
diis appositum. *ibid.* *Idem.*

22. *Sed ille nostræ*] Ad hunc lo-  
cum & altos intelligendos, flagitia Pe-  
lopidarum enumeranda sunt. In eâ  
gentile Tantalus Pelopen filium Diis  
epulandum apposuit, & Atreus fratri  
Thyelli filios tres comedendos dedit.  
Pater filium egit in exilium, Atreum  
Pelops: fratrem pepulit frater, Thye-  
stem

Quæstor urna Cnossius versat reos:  
 Vincam Thystes sceleribus cunctos meis. 25  
 Afratre vincar. liberis plenus tribus  
 In me sepultis. viscera exedi mea.  
 Nec hactenus fortuna maculavit patrem;  
 Sed majus aliud ausa commisso scelus;  
 Gnatae nefandos petere concubitus jubet. 30  
 Non pavidus hausí dicta, sed cepi nefas.  
 Ergo ut per omnes liberos irem paréns  
 Coacta satis nata fert uterum gravem;  
 Me patre dignum. versa natura est retro.  
 Avo parentem, (prò nefas!) patri virum, 35  
 Natis nepotes miscui, nocti diem.  
 Sed séra tandem respicit fessos malis.

## Post

Item Atreus: gener susluit soecum,  
 Pelops Oenomaum: pater filium,  
 Atreus Plisthenem: pater item filiam,  
 Agamemnon Iphigeniam: matrū  
 uxorem, Atreus Aëropen: uxor mari-  
 tum, Clytaenæstra Agamemnonem:  
 filius matrem, Orestes Clytaenæ-  
 stram, nepotes suos occidere patruos,  
 Agisthus Atreum, & Orestes Agi-  
 shum: frater necavit germanum,  
 Atreus Chrysippum: patruelis patru-  
 lem, ut Tantalum Agamemnon,  
 Aleten Orestes: patruelis filios, Agi-  
 sthus Pelopem & Teledanum, Sa-  
 vient ferro in seipsum, Hippodamia  
 uxor Pelopis, & Pelepeia filia Thye-  
 stis, Agisthi nurus numeratur inter  
 eas qua scelere sunt infames, ab Ovi-  
 dio de Ponto; de quâ alibi non legi.  
 In eâdem familiâ vitavit pater filiam,  
 Pelepeiam Thystes: levit gloriem, ut  
 idem Aëropen: patruelis patruelam,  
 ut Orestes Hermonem, patruelis assi-  
 nem, ut Agisthus Clytaenæstram.  
 Fabritius.

24. *Quæstor*] Iudex, translaum à  
 confutudine Romanorum, apud quos,  
 qui judiciis publicis præterat, Quæstor  
 dicebatur, qui de crimine diligentor  
 inquirebat & vindicabat. *Farnabius*,

28. *Nec hactenus fortuna*] Scali-  
 ger putat constare ex sequentibus le-  
 gendum *Cortina*, quia oraculo auctore  
 Thystes cum filia coit. At mihi vi-  
 deur confitare hoc ipso ex versu non  
 posse legi *Cortina*: nullo enim oraculo  
 ad manducanda liberorum corpora  
 accessit. Accipe igitur *Fortunam* pro-  
 fato. Fatum dicit insciū se mac-  
 lasse nefandis epulis: fauum sciptem  
 impulisse per *Phæbum* ad incestam.  
*Cronorius*. *Nec hactenus* Nescientia  
 me comeduisse proprios filios argu ex  
 ignorantia peccantem. *Farnabius*.

29. *Majus*] Oraculi monitu, ut  
 cum propria filia concuberen, hinc  
 natum fore ultorem fratrem sceleris.  
*Idem*.

31. *Non pavidus*] Vindicta, cupi-  
 dine audax, & obvius sceleris. *Idem*.

32. *Per omnes*] Filios enim mihi  
 ingessi, me filiae. *Idem*.

33. *Coacta*] Oraculo, ut modo,  
 ver. 30. *Idem*.

35. *Avo parentem*, ] Namque ego  
 Agistho avus & pater filia & manus,

si Agisthus mihi natus & nepos. *Id*.

36. *Nocti*] Fugiente per ortus Sole,  
 Thystes horret dum cernere mensas.

*Thystes*, vers. 774. *Idem*.

38. Post

Post fata demum sortis incertæ fides.  
 Rex ille regum, dux Agamemnon ducum,  
 Cujus secutæ mille vexillum rates  
 Iliaca velis maria texerunt suis; 40  
 Post decima Phœbi lustra devicto Ilio  
 Adeſt, daturus conjugi jugulum suæ.  
 Jam jam natabit sanguine alterno domus.  
 Enſes, ſecures, tela, diviſum gravi  
 Ictu bipennis regium video caput. 45  
 Jam ſcelera prope ſunt; jam dolus, cædes, cruoſ.  
 Parantur epulæ. cauſſa natalis tui,  
 Ægiſthe, venit. quid pudor vultus grāvat?  
 Quid dextra dubio trepida confilio labat? 50  
 Quid ipſe temet consulis, torques, rogas,  
 Andeceat hoc te? respice ad matrem; decet.  
 Sed cur repente noctis æſtivæ vices  
 Hiberna longâ ſpatia producunt moras?

Aut

38. *Post fata*] Post meam fratrisque mortem. *Farnab.* *Sortis incerta fides.*] Ut cumque non Delrio modo, sed & Scaligero placeat illa *inceſta fides*, legendum cum Flor. & Lipsiano *sortis incerta fides*. Hypallage est pro fortis incerta fides. Quia tam tarde apparet, dubitatum de ea significat. Ut Petronius: & variis fides Calchantis atro dubia pendebat meū. Gronovius.

39. *Rex*] Græcorum exercitus imperator. *Farnabius.*

41. *Iliaca*] Hyperbole ſonantior. Idem.

42. *Post dena Phœbi*] Flor. *Post decima Phœbi lustra.* Gronovius. *Post dena*] Post decem ſolaria lustra, id est, annuos ſolis cursus, hoc eft, annos. *Farnabius.*

43. *Jugulum*] Feriendum. inſra verf. 88. *Idem.*

44. *Iana*] Vbi Ægiſthuſ interfecit Atrei filium, ut meos Atreus. alii intellig. de ſanguine alterno Agamemnonis, mox Clytaenæſtra &c

Ægiſthi, ſed prius magis placet, neque enim lætaret etiam impia umbra filii ſui morte. *Idem.*

46. *Bipenni*] Quam dextra leva, que tenet ſonjugis incufit capitii Clytaenæſtra fortissima Tyndaridarum. *Idem.*

47. *Dolus*,] *Veltis*, quæ negaret extium capitii & manibus. inſra v. 88. *Idem.*

48. *Epule*,] Simulata & funesta Agamemnoni, ut quandam mihi. *Id.*  
*Cauſſa*] Vltio per te promissa, ſupra verf. 30. *Idem.*

49. *Quid pudor*] An te puderuox rem patruelis ſlupraffe? *Idem.*

50. *Quid dextra*] An dubitas patruelum interficere? *Idem.*

52. *Reſſice*] Decere proculdubio te hæc ſcelera fatebere, ſi meminitis te matre inceſta natum. *Idem.*

53. *Sed cur*] Sed cur nox hac æſtiva (quam contractiorem eſſe oportet) æquat longitudine hibernas? *Idem.*

55. 64

Aut quid cadentes detinet stellas polo?  
Phœbum moramur. redde jam mundo diem.

55. *Cadentes detinet, &c.*] Iam occidere paratas, vel quas iamdudum occidisse tempus erat. *Farnarius.*

56. *Phœbum*] Mea illi in mora praesentia, meum refugit conspectum.

vid. Thyest. verf. 119. *Idem.* Redde jam mundo diem.] Puto scriptissime auctorem: *Redde jam mundo diem.* Dicit, quod facit. Abeo, & discessu meo locum facio ingruenti luci, quam ad hoc morabar. *Gronovius.*

## C H O R U S A R G I V A R U M .

*Chorus è mulieribus Argivis seu Mycenais* ( vid. argum. primi Chorū Thyestæ ) *excelsam forunam queritur instabilem, anxiam, periculis obnoxiam; mediocrem itaque illi præfert.*

**O** Regnorum magnis fallax  
Fortuna bonis, in præcipiti  
Dubioque nimis excelsa locas.  
Nunquam placidam sceptra quietem, 60  
Certumve sui tenuëre diem.  
Alia ex aliâ cura fatigat,  
Vexatque animos nova tempestas.  
Non sic Libycis Syrtibus æquor  
Furit alternos volvere fluctus; 65  
Non Euxini turget ab imis  
Commota vadis unda nivali  
Vicina polo;  
Ubi cæruleis immunis aquis

58. *Bonis*] Splendore quidem, & specie bonis, revera atque exitu plenius malis, τὸ μὲν ἀργόν πανύδει τὸ δούρως ἢ Λυστρός. Eurip. *Farabius.*

59. *Dubioque nimis excelsa locas.*] Fl. Dubioque locas excelsas nimis. *Grovius.*

62. *Alia ex aliatura fatigat,*] Flor. Alia ex alio: ut legebatur ante Fabricium. *Idem.* Alia] Herc. Fur. v. 207. alterius cura sinus gradus est futura. *Farabius.*

65. *Alterno*] Fluxu refluxuque impetuoso. *Idem.*

66. *Euxini*] Quibusdam νοτὶ αντιπέλεσθαι dict. rectius quod cum prius ob accolarum inhospitalitatem vel latronum immanitatem αἴξεν dicta fuerit regio illa, Herculis tandem opera latrocinis purgata & aliorum gentium commercio emollita εὐζενος runcupata est. *Idem.*

67. *Nivali*] Septentrionali. *Idem.*

69. *Immunis*] Eadem ratione, qua Visse, vid. Thyest. 476. *Idem.*

Lucida versat plastra Bootes.

Ut præcipites Regum casus

Fortuna rotat !

Metui cupiunt, metuique timent,

Non nox illis alma receſlus

Præbet tutos ; non curarum

Somnus domitor pectora ſolvit.

Quas non arces ſcelus alternum

Dedit in præcep's, impia quas non

Arma fatigant ? jura, pudor que,

Et conjugii ſacra fides,

Fugiunt aulas : ſequitur tristis

Sanguinolenta Bellona manu,

Quæque ſuperbos urit Erinnys,

Nimias ſemper comitata domos,

Quas in planum quælibet hora

Tulit ex alto. licet arma vacent,

Ceffentque doli,

Sidunt ipſo pondere magna,

Ceditque oneri Fortuna ſuos,

Vela ſecundis inflata Notis

Ventos nimium timuere ſuos.

70. Plaſtra ] Med. v. 315. Farn.

73. Metuique ] Multos timeat ne-  
celle eſt, quem multi timent. Idem.

75. Non curarum] O'ſθ' ὁ πανδά-  
κτης καὶ ὁ παγκράτης τὸν θεόν Αἴδη-  
νούσου. Soph.

77. Arces] Regias. vid. Thys. 253.  
& 640. Farnabius] Alternum] Are-  
gibus ſibi mutuo illatum. Idem.

78. Quas] Arces: Idem.

82. Bellona] Enyo, bellorum dea,  
Matriſ foror, auriga. Idem.

83. Erinnys,] Furia. Erinnys au-  
tem tres Jezi οὐραὶ εἰς τηλωνῆας,  
Tisiphone, Megaria & Alekto natæ ē  
gutris ſanguinis Saturni retendorum.  
Idem.

84. Tumidas ſemper comitata da-  
mos: ] Quod ex Mſ. protulit Lipsius,  
quodque amici ejus poſtea ne menio-

ne quidem dignum habuerunt, ve-  
rius eft doctiusque: Nimia ſemper. Sic  
enim & optimæ membranæ. Tacito

frequens. Lib. 3. Histor. quippe nimius  
jam Antonius, & evertiora ex Miano

ſperabantur. Lib. 4. preferores initio &  
rebus ſecundis nimii. Macrobius lib. 5.

Saturnal. Ignoscite, nec me nimium  
vocti, qui Natura rerum Virgilium  
comparavi. Claudianus de bello Ge-  
tico: Nec pro ſuccesu nimius. Grono-  
vius.

88. Sidunt.] In ſe magna ruunt.  
Farnabius.

92. Na-

Nubibus ipsis inserta caput  
Turris pluvio vapulat Austro.  
Densaque nemus spargens umbras  
Annofa videt robora frangi. 95  
Ferunt celos fulmina colles.  
Corpora morbis majora patent:  
Et cum in pastus armenta vagos  
Vilia currant, placet in vulnus  
Maxima cervix. Quidquid in altum  
Fortuna tulit, ruitura levat.  
Modicis rebus longius ævum est.  
Felix, mediæ quisquis turbæ  
Sorte quietus,  
Aura stringit littora tuta; 100  
Timidusque mari credere cymbam,  
Remo terras propiore legit.

92. *Nubibus*] Alta, quæ caput inter nubila condit. vid. Hippol. chorum dñi. vers. 1120, qui rotus hunc choro concinit. *Farnabius*.

93. *Ferunt*] Plurimaque hujus Montium in summis vestigia cerimias ignis, lucet. 6. feriuntque summos fulmina menter. *Idem*.

94. *Corpora*] Tæ pð cæsos & ne-  
riong. vid. *Pausan. Bægeiæs*  
æf. *jeōn duotegziæs Eiæb.* So-  
pluc. *Idem*.

95. *Vilia currunt*,] *Flor.* rectius

currant; ut Deltiū video edidisse. Fa-  
bricus ante & postea omnes tenent alterum. *Gronov.* Placet ] Eximunt  
ad cædem è gregè pulcherrimi quic-  
que boves. *Farnabius*.

100. *Quidquid*] Tolluntur in altum,  
ut lapsu graviore ruant. *Claud.* *Idem*.

102. *Modicis*] *Moderata* durant.  
Firma mediocria. *Idem*.

103. *Turba parte quietus*,] Adfir-  
mat *Lipisanum. Sorte Flor.* *Gronov.*

105. *Stringit*] Radit, utque postea  
legit litus. *Farnabius*.

## ACTUS SECUNDUS.

### C L Y T È M N E S T R A . N U T R I X .

Sibi male conscia Clytemnestra, atque adulterii pœnas, redeunte jana marito, verita, nō nō nō statuit. meditatur itaque Agamemnoni exitium: diffundet nutrix.

Quid, segnis animie, tuta consilia expertis?  
Quid fluctuaris? clusa jam melior via est.

108. *Tuta consilia, &c.*] Hone- | nem, deprecationem culpa, &c.  
ram receptionem, vel excusatio- | *Farnabius*.